




SCAFFALI ONLINE
<http://badigit.comune.bologna.it/books>

Toschi, Domenico

An proverbiorum istud: prima charitas incipit a se ipso...

Bononiae : typis Iacobi Montij, 1664 - v. 2

Collocazione: 3. H. V. 01

<http://sol.unibo.it/SebinaOpac/Opac?action=search&thNomeDocumento=UB02902422T>

Questo libro è parte delle collezioni della Biblioteca dell'Archiginnasio.

L'ebook è distribuito con licenza Creative Commons solo per scopo personale, privato e non commerciale, condividi allo stesso modo



[4.0:http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode](http://creativecommons.org/licenses/by-nc-sa/4.0/legalcode)

Per qualsiasi altro scopo, o per ottenere immagini a risoluzione superiore
contattare: archiginnasio@comune.bologna.it

*Vidit D. Inuentius Tortus Panitentiarius, pro Eminentissimo,
ac Reuerendissimo D. D. Hieronymo Boncompagno Archie-
piscopo Bonon. & Princ.*

Imprimatur.

*Fr. Paulus Hieronymus de Garexio Sacra Theologia Magist.
& Vicar. Gener. S. Offic. Bonon.*

BIBLIOTECA
COMUNITATIVA
DI BOLOGNA

036218

An Prouerbum istud:

PRIMA CHARITAS INCIPIT A SE IPSO:

Cum Sacris concordet scripturis, & eius quis
sit proprius, & germanus sensus
ex eiusdem

DOMINICI TVSCH I
REGIENSIS CIVIS QVÆSTIVNCVLIS

Quæstio secunda.

Censuræ sacrosanctæ Matris Ecclesiæ subiecta, vt eius
illustrata lumine sanctissimæ valeat consecrari
veritati ad Dei Trini vnus gloriam
Amen.

BIBLIOTECA
COMUNITATIVA
DI BOLOGNA



Bononiæ, Typis Iacobi Montij. 1664. Superior. permissa.

An Proponitur istud:
PRIMA CHARITAS
INCIPIT A SE IPSO:

Cum sacris concordat scripturis, & eiusque
scripturis, & germanis scriptis
ex eisdem

DOMINICAE TERTIAE
REGIENSIS CIVIS RESIDENTIS

Questio secunda.

Constat hanc inquit Martini scriptam, ut eius
illustrata huiusmodi valeat conferre
veritas ad Deum, in eius gloriam
Amen.



Bononiae Typis Jacobi Mompalao 1644 subactio permissa.



PRÆFATIO



Illi, qui naturales nostras præ oculis duntaxat
habentes vires ausi sunt asserere: Quod proximum
suum sicut se ipsum possit amare nullus, quæ, &
qualis ipsa sit, nouissent, charitas, ita vniuersaliter,
& indistinctè hanc vtrique nõ effinxissent conclusio-
nem, quam à prædicto malè accepto non sine causa causam du-
xisse arbitramur proverbio, quod pro indubitato sic, ut supra, ac-
cepto omnium per ora voluitur, quod videlicet: Prima charitas
incipiat à se ipso. Illud igitur illius tanquam causam, & funda-
mentum diluamus oportet, ut eo diluto horum quoque penitus
dilutus, ac obrutus maneat error, quia sicut à prauo supposito
principio praua sequatur conclusio, eo sic de medio sublato illa
corruat, consequens est: hoc autem an ita sit, prius quæramus,
oportet, ne inani frangamur labore. Omnia autem qui potest,
rei istius nobis præstet veritatem, ut ex nota ab eo facta veritate
apud omnes quoque exalteretur gloria, & nomen eius. Amen.

Cum breuiter à nobis inquirendum sit: Num vulgatum hoc
proverbium: Prima, videlicet charitas incipit à se ipso: diuinæ
re vera iuxta sacrarum auctoritatem, scripturarum sit veritati
concors: nec ne. Et ad claram, & stabilem huius ut valeamus
resolutionis peruenire deliberationem, duo se nobis prius viden-
da offerunt, quorum primum est: Quomodo verba A SE IPSO
INCIPIT in eo posita legenda, ac exponenda sint. Alterum
verò: Quot modis hoc verbum charitas accipi possit.

Et circa primum: verba illa INCIPIT A SE IPSO duobus
hiscè videtur posse legi modis. Primo videlicet: Quod illa, quæ
in nobis inest charitas, à nobis, a suo tanquam vero, ac proprio
procedat, & pendeat principio, eo quia verbum istud INCIPIT
in eo positum rei illius, de qua habetur sermo, originem, & prin-

A 2

incipium

cipium propria demonstret significatione: Secundo autem, quod charitas huiusmodi nosmet primo, & principaliter illius tanquam obiectum, terminum, & finem respiciat, processiuosque illius in nos, illorum proprium tanquam scopum intendat, & terminet actus, quemadmodum re vera ita accipiendum esse, eorum videtur manifestare intentio, hoc qui vtuntur prouerbio.

Charitatis verò triplex est acceptio: Primo enim accipitur pro spiritu illo gratiarum almo in aeterna Patris, & Filij permanente vnitate, qui & Deus est. *Io. p. c. 4. n. 8. & 16.*

Secundò pro Theologica illa virtute supranaturali à fide, & spe distincta, quam Deus ex immensa sua largitate, & gratia per Spiritum Sanctum suum in nostris dignatur infundere cordibus, vt eius medio eum, prout decet, diligere valeamus, *Io. p. dicto c. 4. n. 7. & 19. Apost. ad Rom. c. 5. n. 5. p. ad Cor. c. 12. n. 31. ad Colos. c. 3. n. 14. p. ad Tim. c. p. n. 5. Pet. p. c. 4. n. 8. Prou. c. 10. n. 12. Mat. c. 22. n. 38. Mar. c. 12. n. 32.*

Tertiò pro extrinseco supranaturalis virtutis huius processiuo actu *Mat. c. 25. n. 38. & 40. Eccl. c. 7. n. 39. Isa. c. 58. n. 7. Ezech. c. 18. n. 7.*

Si ergo ad prioris modi formam verba huius voluerimus accipere adagij: Quod videlicet charitas à nobis, illius tanquam processionis principio, & fonte procedat, & illud confestim, diuino non esse concors verbo manifeste depræhendimus, siue charitatem non secundum primam audemus dicere significationem (quia non tantum hoc exquirere, sed & excogitare maximum esset deliramentum, ac detestabilis error, cum sit nemo, ignorare qui possit, quod ab homine sanctissimus ille non procedit Spiritus, cum Patris, & Filij sit diuina processio) sed etiam si secundum secundam, vel tertiam sumamus significationem hoc nobis expressè attestante scriptura, dum constanter affirmat: Quod non ex nobis, sed ex Deo est ipsa charitas *Cant. c. 2. n. 4. Io. p. d. c. 4. n. 7. Apost. ad Rom. d. c. 5. n. 5. Mat. c. 25. n. 27. & 28. Mar. c. 4. n. 25. Luc. c. 8. n. 18. & passim per vniuersa scripturæ loca, si autem ex Deo, & à Deo in nos prouenit, num à nobis principium sumens procedat, frustra quæritur, quia ita sit, impossibile esse videtur *Isa. c. 64. n. 4. Apost. p. ad Cor. c. 2. n. 11. & 14. secunda ad Theß. c. 3. n. 5. Io. c. 15. n. 5.**

Neque huic obstat, si dicatur, quod ipsamet experientia, qua nulla euidentior potest esse probatio, manifestè pateat, quod actus

actus saltem charitatis à nobismetipsis, illorum tanquam priuatis, ac proprijs dignoscantur procedere principijs, cum nostrimet sensibus proprijs tanquam manibus contractemus, quod nosmetipsi re vera sumus, nostra qui ad libitum nostrum distribuimus bona pauperibus: illorum nuditatem nostris operimus vestibus; cibis reficimus lassitudinem: nostro eos recipimus hospitio, & cætera huiusmodi facimus, quæ omnia, & singula inter opera enumerantur charitatis, & tanquam talia à Deo nobis imputantur *Isa. c. 58. n. 7. & 10. Ezech. c. 18. n. 16. Mat. d. c. 25. n. 35. & 40.*

Quia responderi potest, quod operationes huiusmodi si à nobis ipsis, illarum tanquam proprijs, ac priuatis principijs merè procederent, non diuinæ tunc charitatis, sed puræ, & priuatae nostræ essent moralitatis actus, qui etiam in Ethnico, & infideli cadere possunt, qui non semel, sed pluries cibos pauperibus dederunt, eos hospitati sunt, & nuditates eorum vestibus operuerunt, hitamen dici non possunt veræ actus exercuisse charitatis, quia verè ex Deo est ipsa charitas, & nostræ est spiritualis glutinum adhesionis cum ipso Deo, Christianæque perfectionis vinculum, ipsiusque exercitatio fidei *Io. p. d. c. 4. n. 7. 8. & 16. Dent. c. 10. n. 15. Apost. ad Colos. c. 3. n. 14. P. ad Cor. c. 13. n. 13. Primo Reg. c. 18. n. 15. Act. Apost. c. 4. n. 32. Iac. c. 2. n. 18. & 26. Ad Gal. c. 5. n. 6.*

Si verò à Spiritu Sancto, vel à supernaturali huiusmodi virtute per ipsum in nostris infusa cordibus, illarum tanquam naturali, ac proprio principio animam nostram ad huiusmodi emittendas operationes agente procederent, & penderent, tunc non puræ, & priuatae essent nostræ moralitatis, sed veræ charitatis actus, illarum propterea formalis operatio index est manifesta assistentiæ ipsius Spiritus Sancti existentis in catholico viro, in quo illorum conspiciamus formalitatem, quia actus eius est index potentie, cuius ille naturalis est actus *Io. p. c. 2. n. 5. c. 3. n. 24. c. 4. n. 12. & 13. Mat. c. 7. n. 18. 19. & 20. c. 12. n. 33. Luc. c. 6. n. 43. & 44. Iac. c. 3. n. 12. qui ab inuicem infinito inter se distant spatio, quia à puris naturalibus nostris ad supernaturalia illa sanctissima immensum interest chaos, & infinitum dimensionis interuallum *Isa. c. 55. n. 9. Apost. p. ad Cor. c. 12. n. 11. c. 15. n. 10. ad Rom. c. 8. n. 14. Luc. c. 16. n. 26.**

Neque quæ de ipsa dicta sunt experientia ab euidentia facti educta nostris ita esse demonstrante sensibus quidquam ob stare vident.

videntur, quia nostræ si sensus carnis diuina capere non possunt. *Apost. ad Rom. c. 8. n. 5. & 7. P. ad Cor. d. c. 2. n. 9. 11. & 14.* diuinorum sic indicationes à nostris non sunt iumentæ sensibus, sed à diuina reuelatione, & ex fide nostra, quæ est in verbo Domini. *Isa. c. 11. n. 3. c. 34. n. 16. Io. c. 7. n. 24. c. 8. n. 15. c. 11. n. 40. c. 17. nu. 8. Apost. p. ad Cor. d. c. 2. nu. 13. & 2. ad eosdem c. 5. nu. 7. c. 10. nu. 5.*

Quod verò actus charitatis non à pura humana moralitate nostra, sed ab ipsa Dei procedant charitate ex eo patet, quia processui actus à naturali suo non possunt non procedere principio, à spinis enim nequeunt produci ficus, vel ex rubo oriri vua, sed vnusquisque à propria, & naturali sua necessariò procedit, & pendet potentia *Mat. dd. c. 7. n. 18. c. 12. n. 33. Luc. c. 6. n. 43. Iac. c. 3. n. 12. Isa. c. 61. n. 11. Prou. c. 8. n. 18.* hi ergo si sunt charitatis actus, & charitas est ipse Deus, eius vel virtus, vt superius demonstratū est, non à nobismet ipsis prout à nobis, à puræ moralitate nostra, sed ab ipso Deo, vel ab eius virtute procedant, consequens est, nō ex præmissis solū rationibus, sed ex sacræ expressæ auctoritate scripturæ Domino sic *Ezech. c. 11. n. 19. & 20. & c. 36. n. 27.* dicente: *Et spiritū meum ponam in visceribus vestris, & facit, vt in præceptis meis ambulatis, iudicia mea custodiaris, & operemini* (nobis tamen cū eo simul semper pro nostra parte cooperantibus) *Apost. p. ad Cor. d. c. 15. n. 10. Io. p. dd. c. 2. n. 4. & 5. c. 3. n. 18. & 24. c. 4. n. 12. 13. & 16.* quam veritatem *Apost. p. ad Cor. c. 13. n. 3. & seq.* in sui ipsius persona præfigurando nobis demonstrare volens sic ait: *Si in pauperum cibos omnes meas distribuero facultates, charitatem autem* (à qua vt huiusmodi facultatum distributio veræ sit charitatis actus, procedat oportet) *non habuero nihil mihi prodest, quia sine illa meæ purus remanet moralitatis actus, quæ nostræ duntaxat respicit decorem naturæ, & cuius gratia suum emittit opus, de quo & dicor recepisse mercedem meam, quæ humana est hæc gloria nostra, à qua ad sic agendum, & operandum inuitamur, ac re ipsa operamur* *Mat. c. 6. n. 2.* operum verò charitatis gloria à solo Deo est, à quo est charitas, à qua ipsa resultat gloria huiusmodi supereminentis operis *Io. c. 5. n. 44. Apost. p. ad Cor. c. 4. n. 7. c. p. n. 29. & 31.*

Sic, & non aliter dicendū esse videtur: si verba illa INCIPIT A SE IPSO iuxta secundam superius allatam accipiantur significatio-

eationem, quia in nobis quæ inest charitas in quacumque ex prædictis tribus illa sumatur significationibus non nos primò, & principaliter illius tanquam proprium respicit obiectum, & finem, eius nec processuos in nos sic, vt supra, terminat actus, vt in nos prius, secundum illum naturæ affectum, quem in se quisque habet, conuertenda sit, vt plerique credunt. Nam si charitas primo loco ipsum respicit Deum, quem propter hoc super omnia, & consequenter etiam supra nosmetipsos diligamus, oportet, si primum hunc ab eo auferentes nobis vindicauerimus locum, non actus charitatis, sed impietatis operantes impios, & ingratos erga maiestatem suam nosmet exhiberemus *Psal. 118. n. 21. Jer. c. 11. n. 3. 4. 10. Dan. c. 9. n. 10. Ose. c. 4. n. 10. Bar. c. p. n. 19. 20. & 21. Exod. c. 20. n. 5. Deut. c. 6. n. 5. Mat. c. 22. n. 37. & 38.* nequē huiusmodi elidetur obiectio, si dixerint, quod non ab eo, sed à proximo nostro primum hunc nobis vindicamus dilectionis locum, quia si is Deum diligere non dicitur, nec diligit verè, qui proximum suum sicut se ipsum non diligit *Io. c. 15. n. 10. 12. & 17. c. 13. n. 34. & 35. c. 14. n. 21.* & is propterea, qui dixerit Deū diligo, & fratrem suum non dilexerit sicut ei mandatū est à Deo, mendax est, & in eo non est veritas, nec charitas *Io. p. c. 4. n. 20. & 21. c. 2. num. 4. & 5. c. 3. num. 24.* Nullum autem à Deo mandatum habemus, vt nosmetipsos diligamus, sed magis, vt nostrum in nos cohibeamus affectum, & illum abnegemus, diuino vt obtemperemus mandato *Leu. c. 17. num. 33. Io. c. 12. n. 25.* quod est, vt proximum nostrum vt nosmetipsos diligamus, quia in dilectione proximi totam legem adimplemus, non sic, immo contra, si nosmet diligamus *Mat. d. c. 22. n. 38. & 39. Mar. c. 12. n. 33. Apost. ad Rom. c. 13. n. 8. 9. & 10. ad Gal. c. 5. n. 14.* qui enim alicui tantum dare iussus est, si ei plus dederit certè non deliquit, si minus autem, utique deliquit, si ergo proximum nostrum plus, quam nosmet dilexerimus, non peccamus forsan, si minus, utique peccamus, nisi aliquod aliud maius obliterit præceptum, quo id non faciamus, vel facere non debeamus *Deut. c. 12. n. 32. Eccles. c. 8. n. 5. Prou. c. 29. n. 27. & c. 13. n. 13. Psal. 118. n. 4. & Psal. 111. n. p.*

Si præterea diceremus, quod charitas à Deo nobis infusa esset, vt nosmet, vt isti dicunt, primo loco diligeremus, frustra in hoc nobis infusa, illa nec gratia, nec donum esse dici posset, quale verè

verè est, esseque confitemur, ac conſiteamur oportet, quia omnis homo villa ſine præueniente, vel coadiuuante gratia, vel dono natura ſe ipſum re magis, quam alios diligit, immo quò magis de mundo eſt, ac illum diligit, ſe ipſum tantò magis re diligit, ac in ipſa dilectione ſe alijs anteponit, ſi ergo quo quis magis mundum diligit, alijs tantò magis ſe anteponit, & mundum qui magis diligit, procul magis à charitate recedit *Io. p. c. 2. n. 15. et 16.* fruſtra etiam quæritur, num habeat in charitate primum, nullum qui in ea locum habet. Eſſi diuinæ in nobis exiſtentis erga Deum charitatis actus ipſum diuinæ eſt voluntatis implementum, quæ cum in manu D. N. Ieſu Chriſti totius velut caput, & principium filiationis, & adoptionis noſtræ fuerit directæ, & adimpleta *Apoſt. ad Rom. c. p. n. 4. Ad Eph. c. p. n. 5. Mat. c. 14. n. 36. Luc. c. 22. n. 40. Io. c. 5. n. 30. Iſa. c. 53. n. 10. c. 44. n. 28. vt & nos, eius vti fratres, eam quoque adimpleremus Apoſt. ad Rom. c. 8. n. 29. Mat. c. 12. n. 50. Mar. c. 3. n. 35.* De ſe propterea vti capite prædicto Patrem alloquens ſic *Pſal. 39. n. 9.* ait: *In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei,* eius ſic, vt conformes ſimus imagini, & in eodem libro deſcripti, & prædeſtinati & nos faciamus oportet *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 29. et ad Eph. d. c. p. n. 4. Mat. d. c. 12. n. 50. c. 7. n. 21. c. 21. n. 43. Io. p. c. 2. n. 6. et 17. Apoc. c. 3. n. 4. et 5. c. 21. n. 27.* quam ſicut in eius ſancto delineatam, & expreſſam habemus mandato, *Ios. c. p. n. 7. et 8. Pſal. p. n. 2. Pſal. 18. n. 9. Prou. c. 6. n. 23. Bar. c. 4. n. 2.* ſic eam in eius perfectò perfecte adimpleamus mandati adimplemento *Eccl. c. p. n. 5. c. 15. n. 16. Leu. c. 26. per totum Pſal. 118. n. 21. et 51. Reg. p. c. 15. n. 11. 22. et 23. Reg. 4. c. 9. n. 26. et 36. c. 10. n. 10. et 30. Ier. c. 11. n. 3. et 4. Io. p. c. 2. n. 24. c. 3. n. 24. c. 5. n. 3. Secunda ad Eleſtram n. 6. Mat. d. c. 19. n. 17. c. 21. n. 31.* quod noſtri erga Deum reſpectu dilectio dicitur, & obedientia, quæ ſubſtantialiter in ipſo conſiſtunt factò *Sap. c. 6. n. 5. et 19. Io. p. c. 3. n. 18. Apoſt. ad Eph. c. 4. n. 15. Eccl. c. 15. n. 16.* idcirco ſicut ille, quia ea, quæ ſibi à Domino ſuo præcepta ſunt, actualiter facit, ipſa Domini ſui præcipientis implet obedientia voluntatem *Mat. c. 21. num. 31.* Ille ſic, Domini ſui qui habet mandata, & ſeruatur ea, eſt ille, cum qui verè diligit, illius quoniam vera implet dilectione voluntatem *Io. c. 14. n. 21. et 23. c. 15. n. 10. c. 8. n. 29. Mat. d. c. 7. n. 21. Eccl. c. 2. n. 18.*

Noſ-

9
Noſtræ propterea erga Deum ſeruitutis, & adoptionis indoles, & index ipſa dicitur eſſe dilectio, & obedientia *Eccl. c. 3. n. p.* quia ſicut ſine illis huiusmodi eſſe non poſſumus, ſic, quod ita ſimus, indicant manifeſtè *Io. c. 13. n. 35. & Eiuſdem p. c. 3. n. 10. 14. & 15.* quoniam ex illorum à nobis emerſione, cuius noſtrum ſit quiſque filius, & ſeruus, rectè conijcimus *Io. c. 5. n. 36. c. 8. n. 39. & 41. c. 10. n. 25. & 28. & Eiuſdem p. c. 2. n. 4. 5. 24. & 29. c. 3. n. 8. 9. & 10. c. 4. n. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 12. 13. & 16.* Nam ſi Spiritus Sanctus, diuina qui eſt perſona per actū diuinę ſpirata voluntatis à Deo nobis datur *Apoſt. p. ad Cor. c. 3. n. 16. c. 6. n. 19.* ſuā vt in nobis diſfundēs charitatē *Ad Rom. c. 5. n. 5.* re ad agendū nos moueat, & agat *Agg. c. 1. n. 13. & 14. Ezech. c. 11. n. 19. Ad Rom. c. 8. n. 14.* in hoc certè ſic nos mouet, & agit, non vt noſtram, ſed eius faciamus voluntatem, quia ſecundum ſe, & pro ſua ſemper agit voluntate, quoniam Deus eſt *Apoſt. ad Eph. c. p. n. 1. Mar. c. p. n. 12. Luc. c. 4. n. 2. Io. p. c. 4. n. 8. & 16.* noſtrique etiam reſpectu ſecundario nos ſic mouet, & agit, quoniam bonus, vt & nos eius adiuti virtute ob noſtram imbecillitatē cooperantes non erremus *Apoſt. ad Rom. d. c. 8. n. 26. Sap. c. 9. n. 18.* ad hoc, vt noſtram abiicientes eius impleamus voluntatem, quia voluntas eius eſt ſemper bona, beneplacens, & perfectæ, ac omnis origo, & cauſa boni *Apoſt. ad Rom. c. 12. n. 2. Deut. c. 6. n. 18. Pſal. 50. n. 20. Pſal. 103. n. 28. Iſa. c. 66. n. 12. 13. et 14. Ier. c. 7. n. 23.* Noſtra verò volubilis, & in eius adimplendis operibus vana, & inconfans, ac noſtri omnis origo, & cauſa mali *Gen. c. 3. n. 6. c. 6. n. 5. Reg. p. c. 15. n. 11. 22. 23. et 24. Iſa. d. c. 66. n. 3. 4. et 5. Ier. d. c. 7. n. 22. 23. et 24. Pſal. 138. n. 16.*

Nos verò vice verſa eius ſi ſerui ſumus, illi vt re ipſa ſeruimus, non noſtram, ſed eius oportet faciamus voluntatem, quoniam eiſmodi eſt forma ſeruitutis, vt ſeruus non ſuam, ſed Domini ſui impleat voluntatem *Pet. 2. c. 2. n. 19. Mat. c. 8. n. 9. Luc. c. 7. n. 8. c. 17. n. 9. et 10.* non coactè quidem, quia ſpiritus Domini noſtram non tollit, vel infirmat, ſed conſeruatur, & auget libertatem *Apoſt. 2. ad Cor. c. 3. n. 17. Ad Gal. c. 4. n. 31.* ſed nos noſtram libentes eius voluntati ſubicientes voluntatem *Apoſt. ad Eph. c. 6. n. 7. Ad Colof. c. p. n. 9. et 10. Io. p. d. c. 3. n. 22. c. 5. n. 13. et 14. Aſſ. Apoſt. c. 9. n. 6. et 7. Iac. c. 4. n. 7.* ſuam ex libera noſtrā adimplemus voluntate. Re autem vt formiter eius impleamus voluntatem, ingius adimplemento noſtra tanquam agens forma non debet

B

bet

bet inueniri voluntas, sed benè tanquàm materia eius subiectiua, & obediens voluntati, quia alij vt formiter seruiamus, nostram abnegemus, eius vt actualiter faciamus oportet voluntatem *Isa. c. 58. nu. 13. Reg. p. d. c. 15. nu. 22. et 23. Eccl. c. 4. nu. 15. Apost. 2. ad Cor. c. 10. nu. 5. et 6. Sap. c. 3. nu. 9. Mat. c. 19. nu. 17. c. 26. n. 39. Luc. c. 15. n. 29. c. 17. n. 8. 9. et 10. c. 22. n. 42.* Propterea, Domini sui qui scit voluntatem, & eam actualiter non facit, meritò quidem multis vapulabit, quia non fecit, & scienter facere noluit: qui verò eam non facit, quia non cognouit, paucis quidem vapulabit, sed non immunis erit, quia sine dilectione, & obedientia veri, ac fideles non possumus esse serui *Luc. c. 12. n. 42. 43. 47. et 48. Prou. c. 28. n. 5. Eccl. c. 19. n. p. Mat. c. 25. n. 27. et seq. Luc. c. 8. n. 18.* Nostra ergo si voluntas, nostri quæ in nobis est liberè agendi potentia, & principium, & cum qua in esse formali vnum substantia sumus, in operibus adimplendis charitatis se ipsam penitus abnegare debet, diuinam vt præcisè impleat voluntatem, quam præcisè in eius adimplem obseruantia præcepti *Reg. p. c. 15. n. 26. Mach. p. c. 3. n. 6. Mat. c. 6. n. 10. c. 18. n. 36. Mar. c. 14. n. 36. Luc. c. 22. n. 42. Io. c. 5. n. 30. c. 6. n. 38. c. 16. n. 11. Act. Apost. c. 21. n. 13. et 14. Psal. 111. n. p.* De proximo autem nostro præcisum hoc habentes mandatum, vt eum non minori, sed pari diligamus amore *Mat. d. c. 22. n. 39.* quem sic diligentes in eius persona ipsum dicimur diligere Christum *Io. c. 14. n. 21. et 23. et Eiu/dem p. c. 2. n. 4. 5. 24. c. 3. n. 14. et 15. c. 4. n. 7. et 8. 20. et 21. c. 5. n. 3. et secunda ad Electram n. 6. Mat. c. 25. n. 40. et 45. Apost. ad Eph. c. 6. n. 6. et 7. Ad Colosc. c. 3. n. 23.* de cuius corporis carne, & ossibus membra sumus *Ad Gal. c. 6. n. 30.* quæ in inuicem prout sibi, sollicita esse debent, quoniã omnes vnum in ipso sumus *Prima ad Cor. c. 12. n. 25. et 26.* Si primos in nos charitatis dirigentes actus nostro nosmet proximo in ipsa præferamus charitate, præfato expressam inferimus vim mandato, dum prioritatem, & potioritatem in nos conuertentes amoris, nostræ erga proximi paritatem abnegamus dilectionis, quam abnegantes diuinum erga proximi, quantum in nobis est, destruimus mandatum; dum pro eo vt dicamus, sicut te ipsum, illud facto exponentes dicimus: post te ipsum *Prou. c. 30. n. 6. Deut. c. 4. n. 2. c. 12. n. 32. Eccles. c. 3. n. 14. Eccl. c. 18. n. 5. c. 42. n. 21. Ier. c. 26. n. 2. Apoc. c. 22. n. 18.* Ille enim, quo nos nostro præferendos esse arbitramur, proximo, non cha-

charitatis, sed privatae nostræ est affectus naturæ, qui ideò, nostra quæ sunt, diligit, & amat, quia propriæ illius sunt illa naturæ, à qua procedit, & in qua subsistentiam habet, charitas verò, quæ in nobis est, non nostra quæ sunt, sed quæ Dei, quærit, & amat, quia illa ex Deo est, & in Deo subsistentiam habet *Apost. p. ad Cor. c. 13. n. 5. Ad Philip. c. 2. n. 4. Io. c. 15. n. 17. et 19. c. 17. n. 14. et 16. et sua prima c. 4. n. 7. 8. 12. 13. et 16. et c. 3. n. 24.* charitas ergo, non quæ nostra, sed quæ diuina vult, eligit, & operatur, voluntas, quia non ex nostra, sed ex diuina procedit illa voluntate: malum propterea non operatur *Apost. ad Rom. c. 13. n. 10.* quia diuina, à qua procedit, voluntas malum non operatur, operari nec potest, quia omnis est illa fons, & origo boni, à qua malum scateat, impossibile est, quoniam ei ex aduerso contraria est *Iac. c. 3. n. 11. Psal. 5. n. 5. Mat. c. 19. n. 17. Mar. c. 10. n. 18. Luc. c. 18. n. 18. Deut. c. 23. n. 7. secundò Paral. c. 19. n. 7. Iob. c. 34. n. 10. Prou. c. 15. n. 9. Sap. c. 14. n. 9. Eccl. c. 15. n. 21. Apost. ad Rom. c. 9. n. 14.* à nostra autem si procederet, malum utique operari posset, quia nostra semper in malum prona est ab adulescentia nostra *Gen. c. 3. n. 6. c. 6. n. 5. c. 8. n. 21. Eccles. c. 9. n. 9. Ier. c. 32. n. 30.*

Voluit enim Deus, quod ad naturalis nostri erga nos mensuram amoris sua erga proximum nostrum vteremur charitate, vt sancto hoc perfectionis inter nos colligati vinculo mali nihil faceremus, sed, quod bonum est, sectaremur in inuicem, & in omnes *Apost. ad Colosc. c. 3. n. 14. P. ad Theß. c. 5. n. 15. Ad Rom. d. c. 13. n. 10. Eccl. c. 28. n. 8. et 9.* non quod ad valde maiora sua nos non valeat efferre, & attollere charitas, quoniam infinitæ virtutis est *Cant. c. 8. n. 7. Exod. c. 32. n. 10. 31. et 32. Apost. ad Rom. c. 9. n. 3.* sed quia istius vsum ad illius mensuram ad pacem, & tranquillitatem inter nos perpetuò conseruandam sufficientem præcognouit esse Deus *Mat. c. 7. n. 12.* nam si mala, quæ nobis fieri nolumus nostro non fecerimus proximo, & bona, quæ nobis fieri volumus, illi fecerimus, nullum non solum re operabimur malum, ipso hoc nobis ostendente facto, sed & ipsa sacræ auctoritate paginæ attestantis, quod charitas nullum operatur malum, sed & plenitudinem per eam adimplemus legis, quod est bonum illud, quod à nobis exigit Deus *Apost. ad Rom. d. c. 13. n. 10. Pet. p. c. 4. n. 8. Mar. c. 22. n. 39. Ad Gal. c. 5. n. 14. Eccl. c. 35. n. 7.* si ergo in huius præcepti adimplemento diuinam totam adimplemus legem, cuius

implementum diuinæ est implementum voluntatis, diuinæque implementum voluntatis ipsa est, quæ ex Deo in nobis est, charitas Io. p. d. c. 4. n. 7. 8. 11. 12. 13. & 16. c. 5. n. 3. *secunda ad Eleftram* n. 6. consequenter etiam, quod noster nobis naturalis præstat amor, à Deo in nobis infusa proximo nostro præstat charitas, idè scriptum est, quòd ea, quæ proximi nostri sunt, intelligere possumus ex nobismet ipsis, hoc est ex his, quæ noster nobis suggerit naturalis amor *Eccl. c. 31. n. 18.* quia, quæ nobis fieri ab eo incitamus, illi per Diuinum faciamus mandatum, & vice versa, quæ fieri nobis ab eo arceantur, illi nec faciamus oportet, ab hac ne quidem recedentes regula sic à Deo nobis præscripta, etiam si proximus noster nobis iniuriam inferens pro parte sua hoc sanctum erga nos irritum reddidisset mandatum, quia primò ad hoc non propter nos, nec propter proximum nostrum, sed propter ipsum tenemur Deum, sibi complacentem nos sanctos sancta sua reddere charitate *Apost. ad Eph. c. p. n. 4. Leu. c. 20. n. 8. & 26. Luc. c. 6. n. 27. Eccl. c. 35. n. 7.* propterea sicut charitatis datio, & conseruatio purum est Dei donum, sic præuocationis illius ultio solè est reseruata Deo *Ezech. c. 25. à n. 12. vsquè ad finem cap. Mat. c. 25. n. 40. & 45. Io. p. d. c. 4. n. 7. & 8. Apost. ad Rom. c. 8. n. 35. c. 12. n. 19. P. ad Theff. c. 5. n. 15. secunda ad Eosdem c. 3. n. 5.* vult enim Deus, vt ab eo nobis mutuata in alterutrum omninò infinuemus charitatem, vt in eius, vt in filij, operemur similitudinem *Pet. p. c. 4. n. 8. Io. p. c. 3. n. 23. Sap. c. 12. n. 19. Mat. c. 18. n. 33. Luc. c. 6. n. 36.* quia illius actus christianæ est actus, & index filiationis adoptiuæ *Eccl. c. 3. n. p. Io. c. 13. n. 35.* propterea qui dicit: Deum diligo, & suum fratrem non diligit, mendax est, quia sicut proximum nostrum amando Deum amamus, eum sic odiendo illum odimus *Io. d. c. 13. n. 35. c. 14. n. 21. & 23. c. 15. n. 10. & sua p. d. c. 2. n. 4. 5. 24. 29. c. 3. n. 14. 15. 24. c. 4. n. 7. 8. 12. 13. 16. & 21.* vice verò versa nosmet magis odiendo ipsum magis amamus Deum: nos verò magis amando magis odimus illum *Mat. c. 10. n. 39. Luc. c. 14. n. 26. c. 17. n. 33. Io. c. 12. n. 25. Alf. Apost. c. 5. n. 41. Iud. n. 23. Apoc. c. 22. n. 15. Isa. c. 38. n. 16.* quia quò magis noster in nos crescit amor, in deterius semper prolabimur, quonià nostri omnis semper fuit, & est causa mali *Apost. 2. ad Tim. c. 3. n. 2. Deut. c. 32. n. 15. tertio Reg. c. 12. n. 27. & 28. Ier. c. 5. n. 28.* quò verò magis ille frigescit ad saniores paulatim reuertimur viam *Prou.*

c. 3. n. 12. Apoc. c. 3. n. 19. Apost. ad Heb. c. 12. n. 6. 7. 8. & 11. Psal. 118. n. 67. & 71. Iob c. 22. n. 29. Prou. c. 18. n. 12. Eccl. c. p. n. 2. 3. & 4. c. 3. n. 21. è contra verò ipsa quò magis crescit charitas ad proficiuora etiam semper magis adducimur bona, quia crescente virtute ipsius crescit virtutis opus. *Prou. c. 10. n. 12. Apost. ad Rom. d. c. 13. n. 10. P. ad Cor. c. 13. per totum Isa. c. 48. n. 18. c. 58. n. 11.* illa verò quò magis frigescit ad deteriora etiam semper conuertimur mala *Mat. c. 24. n. 12. c. 25. n. 3. Apost. ad Theff. c. 2. n. 16. Io. p. d. c. 3. n. 14. & 15. Ezech. c. 16. n. 49. Apoc. c. 2. n. 4.* ex quibus semper magis elucescit, quod nostra in nosmet dilectio non charitas, sed naturalis est amor, quem in se quisque quantumuis malus habet homo *Mat. c. 7. n. 11.* alias pagani nostra multò maiorem haberent charitatem, quia se ipsos plus diligunt, quam catholicus vir se ipsum diligit, eis propterea impossibile videtur, quod quis possit proximum suum diligere, sicut se ipsum, quæ nobis, vt magis claresceret veritas, Dominus *Luc. c. 6. n. 38. Mat. c. 7. n. 2. c. 18. n. 33. & 35. c. 25. n. 40. & 45. Mar. c. 4. n. 24.* de præmio loquens charitatis dicit: Qua mensura, non volumet, sed alios mensi fueritis, remetietur vobis, quia charitas non in nos, sed in alterutrum conuersa est *Pet. p. c. 4. n. 8. Io. p. c. 3. n. 16. & 17. c. 4. n. 11. 12. & 20.* non nostra, sed quæ aliorum sunt respicit, quærit, & amat *Apost. p. ad Cor. dd. c. 10. n. 24. c. 13. n. 5. Ad Philip. c. 2. n. 4.* frustra ergo quæri videtur num prima charitas à se ipso incipiat, cum non erga nos, nostraquè dari posse videatur. Cumquè præterea media omnia ad vltimum necessaria consequendum finem in ipsorum & ipsa computentur finium numero, quorum series eo est ordine disposita, vt prior immediatè successuum posteriorum tangat, ac sic deinceps, donec ad eorundem nouissimum perueniamus finium finem ita, vt inuicem sint inter se complexi, & coherentes *Sap. c. 8. n. p.* quorum sicut compositiua methodo à priori ad posteriora paulatim descendens per ordinatam immediatam progressionis illorum percurrit seriem, resolutiua sic à postremo ad immediatè superiora paulatim ascendens per compositiuæ conuersam progressionis illorum reuertatur seriem ita, vt si per eandem, per quam ratiocinando immediatè progressi sumus, non reuertamur, seriem, à recta, qua vti debemus, dicamur recessisse methodo. Sicut ergo diuinæ implementum voluntatis, quam in diuino perfecte adimpleri diximus præ-

præcepto, compositiua methodo ipsius immediatus est charitatis finis, quia per ipsam à Spiritu Sancto in nobis diffusam illud adimplemus charitatem *Io. p. dd. c. 2. n. 4. & 5. c. 3. n. 24. c. 4. n. 12. 13. 16. & 20. c. 5. n. 3. secunda ad Eleftram n. 6. Psal. 118. n. 32. & 35.* Resolutiua sic methodo charitas ipsius sit adimplementi diuini præcepti finis postulat ratio, quia sicut ab illa compositiue descendit, sic resolutiue in illam ascendendo recurrat consequens est, quemadmodum ergo per ipsam illud adimplemus, propter ipsam sic illud adimpleamus, oportet *Apost. p. ad Tim. c. p. n. 5. Prima ad Cor. c. 16. n. 14. Ad Eph. c. 4. n. 15. Psal. 118. n. 127. & 128.* ad hoc ut resolutiua per eadem retrogrediamur, per quæ compositiua venimus methodo. Nam & ipse Deus, sicut est principium charitatis, sic & illius est ipse finis, quia illa vnde venit, illac recurrat cõuenit, propterea dixit: *Ego sum Alpha, & Omega, principium, & finis Apoc. c. 22. n. 13. Io. p. c. 4. n. 10. 11. 12. 16. 19. & 20.* Ille ergo, qui semet priorem, & potiorẽ facit charitatis finem, hos à Deo veros præconstitutos charitatis mente peruertens fines, miro quod ille ordine construxit, quantum in se est destruiere conatur *Psal. 10. n. 4.* naturali propterea volentes affectu cõequalem nobis à Deo de mandatam, & obseruandam proximi nostri metiri charitatem se ipsos in ea proximo suo præferentes errarunt *Mat. c. 22. n. 39. Mar. c. 12. n. 31. Luc. c. 13. n. 35. Apost. ad Rom. d. c. 13. n. 10. Ad Gal. c. 5. n. 14. Iac. c. 2. n. 9.* errorisquẽ illorum potissima causa fuit, quia non à diuina virtute, & gratia, nequẽ à sacræ, ut debuerant, auctoritate scripturæ, quæ nostræ est lumen mentis, sed a suo sensibili affectu, humanæquẽ nostræ propensione naturæ fines sanctæ volentes definire charitatis, volentes errarunt, voluntariequẽ errantes, in diaboli se laqueis inuoluerunt, impossibilem statuentes nostri sicut nosmet ipsos esse proximi dilectionem *Mat. c. 22. n. 29. Mar. c. 12. n. 24. Apost. 1. ad Tim. c. 6. n. 3. secunda ad Eundem c. 3. n. 14. & 15. secunda ad Theß. c. 2. n. 14.* Non naturales ergo affectus nostros, nostri nec adinventiones capitis, se diuina nobis tradita debemus sectari verba, ex quibus nostri sunt eliciendi charitatis actus, nostræquẽ secundum ea dirigendi intentionis fines, quoniam illa nobis à Deo pro nostrarũ sunt proposita forma actionum *Isa. c. p. n. 17. & seq. vsquẽ ad 20. c. 66. n. 3. Ier. c. 7. n. 22. 23. & 24. Reg. p. c. 15. n. 11. 22. 23. & 24. Eccl. c. 35. n. 7. Mat. c. 7. n. 24. c. 22. n. 29. Luc. c. 6. n. 48. Io. c. 13. n. 17.*

n. 17. & sua p. c. 2. n. 5. c. 5. n. 3. Ad Eleftram n. 6. Iac. c. 2. n. 13. ut illis toto intendentes corde videamus, si eo comprehendamus modo, in quo à Christo Iesu comprehensum sumus, & ad destinatum prosequamur, ad bradium supernæ vocationis, quæ & funiculus, & vinculum est illud charitatis, cuius medio ad vltimum, ac verum nostræ attrahimur, & alligamur salutis finem D. N. Iesum Christum Saluatorem nostrum *Apost. ad Philip. c. 3. n. 12. & 13. Prima ad Cor. c. 7. n. 17. & 18. 20. 21. & 24. Eccl. c. 5. n. 12. c. 6. n. 31. Prov. c. 4. n. 27. c. 16. n. 17. Ose. c. 11. n. 4.* Idem propterea *Ose. c. 14. n. 3.* ad iuueniorum nos adhortans obseruantiam verborum, eorum nobis proponens efficaciam ait: *Tollite vobiscum Verba Domini & conuertimini,* quia in eorum ad eum conuertimur virtute, & efficacia *Psal. 118. n. 9.* pos autem ea obseruantes in eius attrahit funiculis, ac vinculis constringit charitatis *Ose. d. c. 11. n. 4. Eccl. c. 6. n. 25. 30. & 31.* à quibus comprehensi, ac eis alligati à nemine inuiti exsolui poterimus, quia vinculum eius Christianæ est vinculum professionis, & nostræ alligatura salutis *Apost. ad Rom. c. 8. n. 35. & seq. vsquẽ ad finem cap. Ad Colos. c. 3. n. 14. Eccl. d. c. 6. n. 31. Io. c. 13. n. 35. Luc. c. 6. n. 32. & 33.* Charitas ergo diuina si res est, ab ipso etiam nec mundo, humanoquẽ nec affectu nostro diiudicari potest, vel debet *Io. c. 14. n. 17. & sua prima c. 2. n. 15. 16. & 17. Apost. p. ad Cor. c. 2. n. 11. & 14. Isa. c. 55. n. 8. & 9. c. 64. n. 4.* Ita ergo si inter se sic, ut supra, sunt penitus diuersa, & ea, ad quæ ab vno inuitamur, ab alia arcemur, ex his quoquẽ bona fiat illatio ipsa prohibet ratio *Eccl. c. 3. n. 25. & 26.*

Nonnẽ mundus, & humana hæc natura nostra terrena ista nos inuitat amare bona? *Psal. 38. n. 7. Prov. c. 10. n. 15. Eccl. c. 31. n. 8. & 9.* versa verò vice sancta nos docet illa contemnere charitas? *Mat. c. 6. n. 25. & 32. c. 19. n. 21. 28. & 29. Io. p. d. c. 2. n. 15. Cant. c. 8. n. 7.* Nonnẽ mundus, & humana natura nostra nobis potius, quam alijs: alijs verò magis, quam nobis complacere sancta suadet charitas? *Apost. ad Rom. c. 15. n. p. & 1. Prima ad Cor. c. 10. n. 24. & 31. Ad Philip. c. 2. n. 4. & 5. Prima ad Theß. c. 2. n. 6. Exod. c. 32. n. 10. 31. & 32.* Nonnẽ mundus, & natura nostra nos vim vi repellere docet? sed & partus s. quærit quod met. caus. Sancta verò charitas ei nec resistere monet? *Mat. c. 5. n. 39. Luc. c. 6. n. 27. & 28. Apost. ad Rom. c. 12. n. 19. Prima ad Cor. c. 6. n. 7.* Nonnẽ mundus, & natura nostram supra omnem alio-

aliorum nos docet diligere vitam? *Iob c. 2. n. 4. ibi pellem pro pelle;*
& cuncta dabit homo pro anima sua? sancta verò charitas pro alio-
 rum salute nostram nos docet impendere vitam? *Io. p. c. 3. n. 16.*
Apost. secunda ad Cor. c. 12. n. 15. Si ergo charitas, quæ in nobis à
 Deo infusa est, non ex mundo, non ex nobis, prout ex nobis, est,
 non ab humana hac natura nostra, sed ex ipso met est Deo, & ab
 eo ex immensa eius in nos charitate, & gratia provenit *Io. c. 14.*
n. 17. & sua p. c. 2. n. 15. 16. & 17. c. 4. n. 7. 8. 10. 16. & 19. Apost.
secunda ad Cor. c. 4. n. 7. secunda ad Theß. c. 3. n. 5. prima Ad Eoßdem
c. 3. n. 12. Ad Rom. c. 5. n. 5. nequē nosmet, nequē nostra, sed alio-
rum quæ sunt, respicit, quærit, & amat Apost. p. ad Cor. c. 13. n. 5.
c. 10. n. 24. Ad Philip. c. 3. n. 4. prima ad Theß. d. c. 3. n. 12. qui con-
 sequenter ex hoc proverbio tanquam ex maiori præmissione co-
 nati sunt deducere: Quod impossibile sit proximum suum amare
 sicut se ipsum, manifestare videntur, quod adhuc Dei non perce-
 perint charitatem, quia charitas Dei est, vt non solum eius ob-
 seruemus præcepta, sed &, quod illa ad obseruandum non sint
 graua existimemus *Io. p. d. c. 5. nu. 3. & secunda ad Electram*
n. 6. quia Deus propter quam, & in cuius dilectione proximum
nostrum amare debemus, ipsa est charitas Io. p. d. c. 4. n. 8. et 16.
 quæ, vt Sancta Mater Ecclesia canit: Est nobis in labore requies,
 in æstu temperies, in fletu solatium *Act. Apost. c. 5. n. 41. Apost.*
secunda ad Cor. c. p. n. 3. 4. et 5. eis propterea, in quibus est, non
 impossibile, non graue, sed leue est, & iucundum proximum suum
 amare, sicut se ipsum, propter hoc tamen nō dicimus, quod caro,
 & sensus huic non recalcitrent amori, & non suaue, sed amarum
 eis videatur, sed cum hi, qui Christi sunt, iam crucifixerint carnem
 suam cum concupiscentijs suis, quid caro, & sensus concupiscat
 curam non habent, quia si iam non in carne, sed in spiritu sunt,
 non secundum carnem, sed secundum spiritum viuere debent,
 carnis, & sensus curam non habentes *Apost. ad Gal. c. 5. n. 17. 24.*
et 25. Ad Rom. c. 8. n. 9. et 13. c. 13. n. 14. Pet. p. c. 2. n. 11. c. 4. n. 1.
et 2. propterea proximum suum suauiter amant Io. p. d. c. 5. n. 3.
Mat. c. 11. n. 30. Psal. 118. n. 103. Ier. c. 23. n. 38. 39. 40. Hinc est,
 quod hi, qui cum accidia, vel timiditate ad obseruantiam eorum,
 quæ nobis à Deo præcepta fuerunt, quasi ad ea non accedant, sed
 impingant, in ipsa adhuc charitate dicuntur non esse perfecti,
 quia charitas in se pœnam non habet, ideo vbi illa viger, indè
 omne

omne foras emittit tædium, omnemquē timorem, quia in ambo-
 bus his pœna inest *Io. p. d. c. 4. n. 18. Isa. c. 54. n. 14. Num. c. 21.*
n. 5. & 6. Apoc. c. 21. n. 8. prompta propterea, & hilaris diuino-
 rum obseruantia præceptorum, perfectæ est index charitatis com-
 morantis in illa obseruantibus *Io. c. 13. n. 35. c. 14. n. 21. & 23. &*
sua p. d. c. 2. n. 5. & 24. c. 4. n. 12. & perfecta charitas index est
 Spiritus Sancti permanentis in habentibus illam *Io. p. d. c. 3. n. 24.*
c. 4. n. 8. 13. & 16. qui verò laborem fingunt in eorum esse obser-
 uantia, sed dicuntur adhærere iniquitatis *Psal. 93. n. 20. quia sola*
 huius rei suspicatio apud Deum est maximum opprobrium *Psal.*
118. n. 39. quia apud illum, & in illo, in quo sumus, mouemur,
 & viuimus, nihil est impossibile, nihil non leue, & non suaue *Act.*
Apost. c. 17. n. 28. Mat. c. 19. n. 26. & d. c. 11. n. 30. propterea sicut
 nostra est ex Deo charitas *Io. p. d. c. 4. n. 7. Apost. ad Eph. c. 3. n. 16.*
 & 17. operationis sic illius nostra est à Deo promptitudinis, ac
 facilitatis suauitas, quia ex eius in nobis infusa charitate, quæ
 prius naturæ nostræ ardua, & impossibilia videbantur, tunc pla-
 na, leuia, & suaui videntur, quia ea in Deo amamus, amantes
 eorum asperitate, & duritia delectamur super omnem mundanam
 iucunditatem, quia in bono confortamur in potentia virtutis eius,
 & per ipsum in ipso possumus omnia *Apost. ad Eph. c. 4. n. 7. 15.*
16. c. 3. n. 20. c. 6. n. 10. Ad Rom. c. 8. n. 39. Ad Philip. c. 4. n. 13.
 non mirum propterea, si Deum super omnia, & consequenter
 etiam supra nosmet ipsos amare possumus: & proximum nostrū
 sicut nosmet ipsos, quemadmodum ipse præcepit nobis, & hoc
 lætanter facere amemus in eius præcepti satisfactionem, & cha-
 ritatis exercitationem, quæ sua semper est suaui, & amabilis na-
 tura, quia ex ipso est Deo, qui super omnia amabilis, & suaui est,
 omnia propterea facienda esse dicuntur propter eius mandata,
 quæ omnia et si fecerimus, non tamen satisfacisse dici possumus,
 quia adhuc maiori obedientia, & laude dignus est *Ecel. c. 35. n. 7.*
c. 43. n. 33. & 34. Luc. c. 17. n. 10. nam quod propter eius præcep-
 ta facimus, propter ipsum dicimur facere præcipientem Deum,
 propter quem id faciētes actum dicimur exercere charitatis *Io. p.*
d. c. 2. n. 5. c. 3. n. 7. & 24. c. 4. n. 12. nobis autem non præcepto
 Deus, vt nosmet ipsos amaremus, vt nos amantes charitatē exer-
 cere diceremur, immo vult magis, vt naturalem nostrum cohi-
 beamus amorem, tanquam ad exuperantiam potius, quam ad de-

defectum prouum, à cuius exuperantia in nos omne egreditur malum *Gen. c. 3. n. 6. c. 6. n. 5.* idè Maieftati fuæ placet, vt plore-
mus, ieiunemus, nosmet affligamus, & mortificemus, ne à via fua
declinemus, fed in charitate maneamus *Apoft. p. ad Cor. c. 9. n. 27.*
prima ad Theff. c. p. n. 6. & 7. & fecunda ad Eofdem c. p. n. 3. 4. & 5.
Iac. c. 4. n. 9. Pſal. 125. n. 5. & 6. Luc. c. 6. n. 20. & 21. E contra
verò cum noſtra in proximum noſtrum dilectio natura potius ad
defectum, quam ad exuperantiam prona fit, voluit Deus, vt eam
ad noſtri ſuſtineremus æqualitatem naturalis amoris, cuius men-
ſuram ſemper in cordibus noſtris gerimus, nam cum noſtrum ne-
mo natura ſibi inferat malum, ſi proximum noſtrum, æquè ac
noſmet amamus, amauerimus, nullum conſequenter in eum com-
mitteremus malum, nam ſi, quæ nobis fieri nolumus, alteri non fe-
cerimus, nullam alteri iniuriam, vel malum inferemus, quia præ-
dicta nobis fieri abhorremus, & hoc eſt, quod *Apoſt. ad Rom. c. 13.*
n. 10. & ad Gal. c. 5. n. 14. dicit, dum ait: *Quod dilectio proximi ma-*
lum non operatur: etſi quæ nobis fieri volumus, alteri quoquè fe-
cerimus, cuncta, quæ ei fecerimus erunt bona, quia, quod bonum
eſt, fieri ſibi optat quiſquè, ſic autem facientes actus veros exerce-
bimus charitatis, exercentes non malum ſed bonum ſemper ope-
rabimur, etſi ergo velit, vt noſmet mortificemus, ne amore noſ-
tro in nos crescente à charitate excidamus, non tamen vult, quod
talia proximo noſtro faciamus, ſed potius, vt illum egentem paſ-
camus, laſſum reficiamus, afflictum conſolemur, quia in ſimili-
bus ſimilia nobis fieri deſideramus, quod à nobis fieri ſuum Deus
appellat refrigerium, quaſi ipſe ſit ille proximus noſter, qui à ſua
ſubleuetur miseria *Iſa. c. 28. n. 12. & ſeq. Mat. c. 7. n. 12. Luc. c. 6.*
n. 31. & 36. Tob. c. 4. n. 16. propterea nobis teſtificatur, quod in ſe
ipſum factum reputabit, quod vni ex minimis proximorum noſ-
trorum fecerimus, etiam in minima re, vt ignorare nunquam va-
leremus, quanti huius æſtimet obſeruantiam præcepti *Mat. c. 25.*
n. 40. quod eius adimplentes amore diuinæ eius ſatisfacimus vo-
luntati, quæ ſemper bona, beneplacens, & perfectæ eſt: adim-
plentes ſuæ actus exercemus charitatis: exercentes ei in facto
ſuo ſimiles efficiamur: facti autem: imaginis ſui conformes dici-
mur eſſe filij, ſicut, vt eiufmodi eſſemus, ab æterno ab eo prædeſ-
tinati ſumus *Apoſt. ad Eph. c. 5. n. 17. ad Rom. c. 12. n. 2. ad Coloſ.*
c. 3. n. 14. ad Rom. c. 8. n. 29. ad Eph. c. p. n. 4. Io. p. c. 5. n. 3. ſecunda

ad

ad *Electram n. 6. Sap. c. 2. n. 15. c. 12. n. 19.* Si ergo Chriſtus caput,
& Dominus corporis eius, quod ipſa eſt Eccleſia, ac membrorum
eius, qui ſinguli nos ſumus, in hoc ſuo ab eo membra, ſicut ei pla-
cet, conſtituta corpore, nobis præcepit, vt inuicem æquè, ac nos
diligereamus, eo quod ex æquali huiusmodi amoris menſura, &
pondere recta veri cuiuſquè membri dignoſcitur indoles, nam
noſtrum quiſquè ad eam, tanquam ad heracleum attritus lapidem,
an Chriſti vera ſumus cognoscimur membra *Mat. c. 22. n. 39. &*
40. Io. c. 13. n. 35. c. 15. n. 16. Quinam ergo ſumus, vt noſmet alijs
velimus præferre membris? quis nobis ſuper alia membra potio-
ritatem dedit? an Dominum æmulamur? aut eo fortiores ſu-
mus, vt nouam inter eius membra conſtituamus legem? *Apoſt. p.*
ad Cor. c. 4. n. 7. c. 10. n. 22. & 24. Si ergo ex expreſſo Dei mandato
certò ſcimus, quod noſtræ erga proximū noſtrū pondus, & menſura
dilectionis ad pondus, & mēſurā noſtri erga nos debet eſſe amoris,
cur ei minus amoris exſoluemus pondus, ſi ante Deum ſunt abomi-
natio huiusmodi inæquales menſuræ, & pondera *Prou. c. 11. n. p.*
c. 20. n. 10. & 23. etſi ſcriptura ſolui nō poteſt *Io. c. 10. n. 35.* nonnè
ſcriptum eſt, quod ea menſura, qua alijs menſi fuerimus remetietur
nobis? *Mat. c. 18. n. 23. Prou. c. 16. n. 11. Iſa. c. 28. n. 17. c. 27.*
n. 8. Mar. c. 4. n. 24. Luc. c. 6. n. 38. etſi pro menſura charitatis,
menſura beatitudinis datur, & Dei charitas eſt, vt eius præcepta
ſeruemus, ea etiam qui magis ſeruabit, is beator erit, propterea
ſcriptum eſt: *Quod verè beatus eſt ille, qui in mandatis eius vult*
nimis Luc. c. 6. n. 38. Iac. c. p. n. 25. Io. c. 14. n. 2. & 23. c. 15. n. 12.
& 17. et ſua p. d. c. 4. n. 20. et 21. c. 5. n. 3. et ſecunda ad Electram
n. 6. Pſal. 111. n. p. quia victimis obedientia præſertur *Reg. p. c. 15.*
n. 22. Eccl. c. 4. n. 15. Oſe. c. 6. n. 6. Mat. c. 9. n. 13. c. 12. n. 7. noſtra
propterea non prius recipit munera Deus, quam proximo noſtro
debitum dilectionis re perſoluerimus pondus *Mat. c. 5. n. 23.* ex
quibus cuiquè inoteſcere poteſt, quanti apud Deum ſit huiusmodi
fraterna æquilibrata amoris pondere dilectio, nec immeritò qui-
dem, quia ſi in illius obſeruantia vniuerſæ legis pendet implementum
Apoſt. ad Rom. d. c. 13. n. 10. ad Gal. c. 5. n. 14. Iac. c. 2. n. 8. ex illius
ſic inobſeruantia vniuerſæ eiufdem pendeat præuaricatio legis,
conſequens eſt: quod ex pœnæ quoquè huiusmodi ſequela pecca-
ti argui poteſt, quia Adæ ob eius nimiam præſumptionem à Deo
recedenti non maledixit Deus: Cain verò à fraternæ dilectione

C 2

tan-

tanquam à tota recedenti lege maledixit Deus, & tunc Adæ generatio licet tota prauaricatrix, in duas tamen scissa fuit partes, in gentes nempe à Cain malignitate institutas, & in filios Dei in sanguine Agni ab origine mundi occisi pro peccatis nostris, in figura iusti Abel, in cuius locum Seth positus fuit, ut huius magnum nunquam valeremus dissimulare præcepti pondus *Gen. c. 3. n. 17. c. 4. n. 11. 17. 25. et 26. c. 5. n. 6. et seq. c. 6. n. 2. et 4. Eccl. c. 33. n. 12. c. 41. n. 12. et 13. c. p. n. 28. Io. p. c. 4. n. 12. Apoc. c. 13. n. 8. c. 5. n. 10. et 12. c. 12. n. 11.* à quo sub impossibilis obseruantia prætextu recedentes hæretici, à tota fere iam conspiciuntur præuaricasse lege, cuius vniuersalis præuaricatio mysterium certè operabitur Antichristi, tota enim abrogata lege, quid superest, nisi ut legislatores negent? cuius negatio ipsa est characteris Antichristi impressio *Apost. 2. ad Theß. c. 2. n. 7. et 10. Io. p. c. 2. n. 22. Apoc. c. 13. n. 16.* conuertas ergo te ad Christum, & dicas: Domine Deus meus quid faciens vitam æternam possidebo? & audies dicentem: Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis, et proximum tuum sicut te ipsum, et in his duobus mandatis vniuersa pendet lex, et Prophetæ: hoc ergo fac, et viues *Mat. c. 22. n. 37. 38. 39. et 40.* Dirigat ergo corda nostra Dominus in charitatem Dei, & in condolentiam passionum Christi *Apost. 2. ad Theß. c. 3. n. 5. secunda ad Timoth. c. 4. n. 12. ad Rom. c. 8. n. 17. ad Heb. c. 10. n. 36. c. 12. n. p. et seq. Psal. 61. n. 6. Psal. 70. n. 5.*

Ea nec prædictis obstant, quæ de victu vni tantum sufficienti personæ obijciuntur, quem cum proximo dare non teneamur, sed illum pro nostra sumere debeamus salute, propter hoc confirmari videtur, quod prima charitas à nobis incipere debeat, quia non ex eo, sed ex hoc illud provenit, quia si necessarium ad sustentationem nostram à nobis voluntariè amoueremus cibum, illum alteri dando nobis mortem voluntariè inferremus, quod facere non licet, quoniam domini non sumus membrorum nostrorum, nec vitæ nostræ *Mat. c. 5. n. 36.* De Deo præterea malè sentiremus, quia si scimus, quod illi de omnibus aequaliter cura est *Sap. c. p. n. p. c. 6. n. 8. c. 12. n. 13.* existimare etiam debemus, quod sicut nobis ex sua liberalitate, & gratia providit, sic etiam faciet proximo nostro, si sibi bonum esse videbitur, sin minus: certè non sumus nos, qui cibum, quem Deus posuit in manu nostra, fumentes,

tes, ne nosmet occideremus, eiusque diuinæ ne impropereamus providentiæ, occidimus illum, sed est Deus, qui vitæ, & necis est Dominus, qui vltius noluit eius producere vitam *Sap. c. 16. n. 13. Deut. c. 32. n. 39. Tob. c. 13. n. 2. Psal. 29. n. 6.* Huiusmodi ergo cum assumptio cibi nobis pro nostra sit adeo necessaria conseruanda vita, ut si illam præcisè non sumamus, nosmet voluntariè occidamus, illius consequenter alteri datio nostræ cum sit assumptionis voluntaria priuatio, sub diuini etiam illa cadat prohibitione præcepti, consequens esse videtur, quia illum si alteri damus pro nobis illum assumere non possumus, quod cum ita sit, illa non charitas, sed peccatum sit ipsa manifestat ratio, si autem peccatum, nec charitatis nomen meretur, nec cum ea concurrere potest, ut illa vel maior, vel minor dicatur, quia peccatum, & charitas sunt sibi exaduerso contraria, exaduerso verò contraria se se perpetuo impugnant, & inuicem tollunt *Apost. ad Rom. c. 13. n. 10. secunda ad Cor. c. 13. n. 4. Prou. c. 10. n. 12. Mat. c. 22. n. 38. et seq. Pet. p. c. 4. n. 8.*

Cum præterea probata virtute magis, quam simplici persuasione erudiamur *Sap. c. p. n. 3.* probataque sit illa virtus, exemplis quæ constat a probatis viris nobis suppeditatis *Iac. c. 5. n. 10. et 11.* quæ ideo probata dicitur, quoniam experimenti contestatione constat *Io. c. 13. n. 15.* non exterum propterea ad hanc duximus esse materiam eximiam Sanctorum quorundam in proximos suos hic recensere charitatem à sacris comprobata literis, ut ex ea magis constet semper: Quod non est impossibile, sed leue, & iucundum in Deo amare proximum suum, sicut se ipsum, & quod charitas non nos primò, & principaliter, sed Deum respicit, & alios propter ipsum Deum *Io. p. d. c. 4. n. 20. et 23. Apost. ad Rom. c. 13. n. 8. et seq.* Inter sacras igitur legendas historias duo potissimum ab omnibus non admiranda solum, sed pro viribus nobis à Deo impertitis imitanda summæ inuenimus exempla charitatis, alterum veteris *Exod. c. 32. n. 31. et 32.* noui alterum testamenti *Ad Rom. c. 9. n. 3.* quæ & reuerenter suspicere, & toto corde venerari definemus nunquam ob singularem, & summum illum, quo non posse putamus sanctissimæ maiorem inueniri dilectionis gradum. Alterum inquam in persona Moyse ferui Dei omnipotentem illius maiestatem deprecantis, ut se potius è libro deleter uentium, Israeliticum quam populum per vituli adorationem ab eo

eo iam apostatam factum à sua repelleret misericordia, & salute. Alterum in persona B. Pauli Apostoli à Christo anathema fieri cupientis pro iisdem Israelitis fratribus suis summū salutis nostræ angularē lapidem Dominum reprobantibus Iesum Christum, ut ad eum conuersi verum eum Messiam, & æternam agnoscentes, & confitentes veritatem, æternam & ipsi consequerentur salutem. Quorum charitatis excessus ab omnibus ijs, lumen qui acceperunt fidei non attentē contemplari, ac etiam aliqua non in parte imitari ab ipsa exterum putamus esse charitate. Nam si cum peccatores essemus abalienati à Deo sic nos dilexit Christus, sic & nos alterutrum diligere debemus *Io. p. c. 4. nu. 11.* quemadmodum *Eiusdem p. c. 3. nu. 16.* Idem se expresse declarans ait: si Christus pro nobis animam suam posuit, pro fratribus nostris & nos animas nostras ponere debemus. Ut quid enim Christus cum adhuc infirmi essemus secundum tempus pro impijs mortuus est? vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. Suam autem in nobis in hoc commendauit charitatem, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. *Apost. ad Rom. c. 5. n. 6. 7. 8. & 9.* sic & nos pro incredulis ut credant, pro iniustis, ut ad iustitiam reuertantur, animas nostras ponere debemus: pro iusto enim quis moritur? si iustus cum Christo viuit, & nos, si modo & ipsi cum Christo esse perseueremus, cum ipso in ipso conuiuiamus? Non enim pro oue, vel drachma, quæ in tuto est, sed pro ea, quæ deperdita est laborantes desudare debemus *Mat. c. 18. n. 12. & 13. Luc. c. 15. n. 4. 8. & 32. Psal. 118. n. 176.* exemplum enim dedit nobis, ut quemadmodum ille fecit, ita & nos faciamus *Io. c. 13. n. 15. c. 15. n. 12. & 13.* quos enim Christi urget charitas non quæ sua sunt, sed quæ illius tantummodo quærunt, & amant *Apost. p. ad Cor. c. 13. n. 5. ad Philip. c. 2. n. 30.* quia, quam possident non ex eis, sed ex Deo est charitas *Io. p. c. 4. n. 7. 10. 11. & 19. Luc. c. 9. n. 55.* illam idē qui possident eius gratia, & liberalitate, nequē tribulatione, nequē angustia, nequē fame, nequē gladio, nequē morte ab ea separantur, sed retro quæ sunt prætorum obliuiscuntur laborum ad ea, quæ potiora sunt, se semper extendunt ad destinatum donec perueniant ad brauium supernæ vocationis, quod in ipsa cursus consequimur meta *Apost. ad Rom. c. 8. n. 35. & 38. ad Philip. c. 3. n. 13. & 14.* quæ licet oculis infi-

insipientium videatur mors, non mors tamen, sed vita est *Sap. c. 3. n. 2. & 3.* nam etsi anathema fieri nil aliud sit, quam in horram, seu destructionem dari, destructio autem nil in nobis aliud sit quam morsmet ipsa *Num. r. 21. n. 3.* in hoc autem destrui qui cupit, sua ut in morte destruat peccatum, ut eo destructo, qui fecit illud inueniat vitam, non solum non peccat, sed quantum in se est destruit peccatum: destructo autem peccato morsmet ipsa, quæ peccati partus est, sit & ipsa destructa consequens est, quia vita, & mors inter se cum sint ex aduerso contraria, se se quoque perpetuò oppugnant, & inuicem tollunt *Ecol. c. 33. n. 15.* propriè propterea desiderium destructionis, ipsum ut destruat peccatū, ipsius quod est causa mortis, non mortem, sed vitam operetur, oportet, quia altero contrariorum sublato, exurgat alterum necesse est. In sua ergo qui morte occidit peccatum non mortem, sed vitam, ut nos docet Christus, inuenit: dicens Animam suam qui perdit inuenit eam *Luc. c. 17. n. 33.* quia in eius destructo morte peccato, & cum peccato destructa morte ipsa vitam inueniat, consequens est: & si quispiam contenderet, quod verbum istud: anathema fieri in strictiori ibi deberet sumi significatione, per huiusmodi tamen exuperantiam actus charitatis sancti prædicti nequē quidpiam contra Deum moliti, malum quod est, operati fuissent, veritatem in mendacium commutasse, diuinæ uē stabilimentum peruertisse prædestinationis illorum dicendi essent, quia sicut sapientia, & veritas malitiam, sic charitas peccatum operetur, impossibile est, quoniam potius expellunt ea *Ecl. 3. c. 4. n. 36. & 38. Sap. c. 7. n. 30. Prou. c. 10. n. 12. Mat. d. c. 22. n. 39. & 40. Pet. p. c. 4. n. 8.* nam si penas inferni, quæ peccantium sunt stipendia, & diuinæ ultiones iræ in hunc cuperemus finem, diuinam ne nos offenderemus Maiestatem, eam sicut re ipsa propter hoc non offenderemus, eius sic etiam non incurreremus indignationem, à gratia, vel electione excideremus, cur eas si cuperemus, ne ab alijs offenderetur iram meruisse, à gratia quē, & electione excidisse dicendi erimus, si in utroque casu eandem Dei exquirimus gloriam, & honorem, & ad id faciendum eodem ipsius mouemur amore? *Apost. p. ad Cor. c. 4. n. 8. & ad Eosdem c. 13. n. 7.* dumodo ergo in proposito casu in alio non peccemus, etsi penas, quæ à peccato sunt, cupiamus, quarum maxima ipsa est diuinæ visionis priuatio, quæ hoc significatur anathematis nomine, nolum

lum propter hoc huiusmodi facto committimus peccatum, sed potius (humana tamen quantum nostra patitur exiguitas) pijsima nos cum charitate conformantes Christi pro nobis peccatoribus peccatum, & maledictum se voluntarie constituentis, ut iustitia Dei efficeremur in ipso, cum tamen ipse se sic, ut supra constituens nullum non dicam peccatum, & maledictum commiserit, quia innocentissimus, & impeccabilis erat, sed utrumque sic faciens summa charitate destruxerit *Apost. ad Rom. c. 5. n. 9. & 10. secunda ad Cor. c. 5. n. 21. ad Gal. c. 3. n. 13. secunda ad Tim. c. p. n. 10. Pet. p. c. 2. n. 22. 23. & 24. Isa. c. 53. n. 6. 9. & 10. sic & nos ea, quæ conuenit differentia pro alijs peccatum, seu maledictum in hoc sine peccato, & maledicto nosmet offerre, oblato suæ esse optare possumus, ut & ipsi iustitia Dei fiant in Christo ipsorum ad Deum conuersione, quia in conspectu eius, quod optimum est mente pertrahentes nihil propter hoc mali ipso committimus facto, quia non nos, sed Deummet primò, & principaliter, à quo illa verè prouenit nostra respicit charitas volentem, ut eam in alterutrum insinuemus, & nostræ (quantum in nobis est) inuicem simus causa salutis, quia in nobis hoc sentire debemus, quod in Christo Iesu, quoniam corporis eius membra fumus *Apost. ad Philip. c. 2. n. 5. 8. & 17. ad Rom. c. 12. n. 2. ad Eph. c. 5. n. 2. ad Colos. c. p. n. 24. ad Heb. c. 5. n. 8. & 9. Io. c. 13. n. 15. 17. & 34. c. 15. n. 12. c. 3. n. 16. & sua p. c. 3. n. 16. & c. 4. n. 7. 8. 9. 20. & 21. Pet. p. d. c. 2. n. 21. Mat. c. 18. n. 14. Luc. c. 9. n. 54. 55. & 56. Sap. c. 12. n. 19. Hæc ergo Beati illi viri in domino contemplantes, nec non quod in pluribus magis, quam in vno glorificatur Deus, hanc ideò præ oculis habentes gloriæ illius maiorem se ipsos perdi potius elegerunt, ut à pluribus vno eorum interitu saluis factis Deo maior gloria redderetur, quem & supernos, & super omnia amare, & venerari tenemur, & quem amantes, & venerantes quantumcumque possumus nostro adhuc maiori amore, & veneratione dignum esse scimus *Io. c. 11. n. 50. & 51. Luc. c. 17. n. 10. Apost. p. ad Cor. c. 10. n. 33. secunda ad Eosdem d. c. 13. n. 7. Eccl. c. 43. n. 32. 33. & 34. summæ huius, quantum in se erat, relinquentes exempla charitatis, ut quemadmodum sua omnimoda cum iactura ad Deum errantes reducere curarunt, ita & nos Deo suam in nos inspirante charitatem faceremus, ut eorum & nos effemus imitatores, sicut & ipsi extiterunt Iesu Christi, scientes, quod conuerti-***

qui

qui fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius, & multitudinem operiet peccatorum *Iac. c. 5. n. 20. Sanctorum enim facta virorum in sacris fuerunt in hoc commendata scripturis, ut eorum & nos imitemur exempla charitatis ad maiorem omnipotentis Dei gloriam, quod ut fiat, qui potens est, hoc efficiat *Apost. p. ad Cor. c. 11. n. 1. & 2. secunda ad Eosdem d. c. 13. n. 7. ad Philip. d. c. 2. n. 17. ad Rom. c. 15. n. 4. & 7. ad Heb. c. 12. n. 16. & 25. Iac. d. c. 5. n. 11. & 20. Iudith c. 8. n. 22. & seq. usque ad 30. Hæc ergo si à magistris nobis à Deo datis, & commendatis tanquam æmulanda nobis proposita fuerunt, etiam dicendum videtur, quod prima à se ipso non incipiat charitas. Neque obstat quod Apostolus d. c. 9. n. 3. dixerit: *Optabam anathema fieri &c.* quasi hoc de præterito quidem optauerit, tunc autem id tanquam malum desierit optare, quia si malum id cognouisset, hoc ibi penitus detestatus fuisset, ut fecit *Prima ad Cor. c. 15. n. 9.* non autem Deum de eius contestaretur veritate dicens: *Veritatem dico in Christo: non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto &c.* optabam anathema fieri &c. neque etiam in eadem perseverasset deliberatione, pro alijs videlicet reprobis fieri, ut alij salui fierent, ut *secunda ad Cor. c. 13. n. 7.* attestatur dicens: *Oramus Deum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos, quod bonum est, faciatis, nos autem ut reprobi simus.* Prædictis tamen ea ob stare videntur, quæ de habituali passim dicuntur iustitia, & charitate, quia si, ut superius à nobis dictum fuit, huiusmodi ex Deo esset iustitia non utique habitualis, sed naturalis esset appellanda, quia eam aliundè acquirat Deus necesse non habet, sed eam natura habet, & possidet, in eo ideò non habitualis, sed naturalis existens ex se eam naturaliter profert, quemadmodum terra ex se profert germen suum *Isa. c. 61. n. 11.* nos verò, qui natura non iusti, sed iniusti, & peccatores sumus *Apost. ad Ephes. c. 2. n. 3.* eam natura non habentes ex nobis ipsis illam naturaliter proferamus impossibile est, sed illam ut habeamus, eam acquiramus, necesse est, habitus verò cum exercitatione, & frequenti acquiratur usu, illius habitum ut acquiramus, usus illius frequentia, & exercitatione illum comparemus, oportet, cuius medio euademus iusti *Io. p. c. 3. n. 7. Apost. ad Rom. c. 2. n. 13. Iac. c. p. n. 22.* sed huiusmodi iustitia nostra non naturalis, sed acquisita, & habitualis erit, quia naturalia non usu, vel consuetudine**

D

dine

dine comparantur, non enim ab usu, & consuetudine videndi, & audiendi visum, vel auditum acquirimus, sed ab ipsa in nobis à natura ingenita facultate procedentia proferuntur, si ergo nostra habitualis, diuina verò naturalis est, prout est verè, nostra vna cum diuina, vt superius dictum fuit, videtur esse non posse iustitia. Verum ex his sic, vt supra, præmissis, si maturè perpendantur huiusmodi non bene currit consequentia, quia nostra quatenus habitualis est, etsi ex nobis ipsis verè sit iustitia, illam tamen abiquè sanctissimo hoc diuino in nobis existente, & voluntariè nos ad voluntariam illius agente operationem principio minimè acquirere, & retinere valemus *Psal. 22. n. 3. Psal. 85. n. 11. Bar. c. 5. n. 2. Isa. c. 26. n. 12. Apost. p. ad Cor. c. 12. n. 11. ad Ephes. c. 4. n. 7.* quia naturalia sicut non aliunde mutuantes acquirere necesse habemus, sed ab interna in nobis à natura ingenita facultate procedentia à nobis, ipsa possidentur natura, illarum sic viceuersa, quæ ipsa non possidemus natura, aliundè, vnde natura proueniunt, recipientes, eorum usu, & frequentia habitum acquiramus oportet, quo sic acquisito illum possidere dicimur. A Deo ergo, à quo naturaliter ipsa effluit iustitia, iustitiam recipientes illius cooperationis usu, & frequentia illam acquirere dicimur, ea autem sic acquisita iusti efficiamur, sicut ipse iustus est *Io. d. c. 3. n. 7.* cum alijs superius allegatis, & tunc quatenus habitualis est, ex nobis ipsis est verè, originaliter tamen à Deo in nos, vt supra proueniens ex ipso est verè Deo, quonià natura ex Deo est ipsa iustitia, qui in nobis tamquam internum illius operandæ existens principium nos ad illam cooperandam agit, & mouet, agens autem, & mouens facere dicitur, & facit verè, non coactè quidem, sed vt spontaneè illam operemur *Apost. ad Rom. d. c. 8. n. 14. Io. p. c. 4. n. 12. & 13. Ezech. c. 11. n. 19. & 20. c. 36. n. 27. Isa. c. 26. n. 12. c. 57. n. 17.* Nos verò ab eo sic moti, & acti, illi si usu, & frequentia cooperemur illam habitu acquirere dicimur, & acquirimus verè, negare tamen non possumus, prout negandum non est, quod illius acquirendæ internum sit ille in nobis principium *Apost. secunda ad Cor. c. 4. n. 7. Io. c. 15. n. 5. Propheta propterea Psal. 17. n. 24.* in spiritu contemplans diuinam nobis necessariam esse assistentiam ad nostræ cooperationem iustitiæ, & sanctitatis (non quod illa vnquā deficiat, sed ne nos de nobis ipsis præsumeremus) ait: & cū eo im-maculatus ero, & ab iniquitate mea me obseruabo, quia omnis nostra suffi-

sufficiencia ab eo prouenit, & nostra ab eo pēdet iustitia *Io. d. c. 15. n. 5. Apost. 2. ad Cor. c. 3. n. 5. c. 9. n. 8. & 10. p. ad Tese. c. 3. n. 12. & 2. ad eosdem c. 3. n. 5. Bar. c. 5. n. 9.* alias inde multa sequerentur absurda, quorum vnum esset, quod ethnici ex se ipsis sine sanctissimo huiusmodi principio iustitiam, & sanctitatem acquirere possent, quod tamen alienum est ab ipsa veritate Domino *Isa. c. 43. n. 25. & 26.* dicente: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas: narra si quid habes, vt iustificeris. Et *Apost. ad Rom. c. 3. n. 26.* ait: ad ostensionem iustitiæ illius, vt sit ipse iustus iustificans eum, qui ex fide est: & *Leu. c. 11. n. 44. c. 20. n. 8. c. 21. n. 11. c. 22. n. 32.* Vos sancti eritis, quia ego sanctus sum, & ego ipse sum qui sanctifico vos, neque nos iusti, sicut ipse iustus est, esse possemus, nisi iustitia nostra ab ipsius penderet iustitia, quia illarum nulla posset esse paritas, si à diuersis orirentur, principijs inter se se infinite ab inuicem distantibus. Propterea iustitia *Eccl. c. 11. n. 17.* dicitur datio Dei; quia illa ab eo in nos prouenit: proueniens iustis, idest illis, ei qui cooperantur *Io. d. c. 3. n. 7.* permanet, & successus illius vsq; in sempiternum, quia donatio Dei ex parte dantis indeficiens, & sempiterna est, quoniā largitor illius huiusmodi est, ex parte verò recipientis si iusti datur, & iusti sunt, qui operantur illam, dum operabuntur illam, eis in sempiternum permanebit *Psal. 111. n. 3. 6. & 9.* Nam si nostri nouitas hominis mutua est spiritus Christi in nobis, & nostri in illius spiritu permansio *Apost. ad Rom. c. 8. n. 9. Io. c. 15. n. 4.* qua cum ipso vnus efficiamur spiritus *Apost. p. ad Cor. c. 6. nu. 17.* sic iustitia Dei in habituali nostra, & nostra in illius permanens vna duntaxat, non natura quidem, sed Dei gratuito dono, dum sic permanent, est iustitia, licetq; cognitione, reque inter se sic distinguere valeant, vt ex parte Dei dantis naturalis dicatur, ex nostra habitualis: formaliter tamen eadem permanente vnitatem re non separantur, in qua ex Deo si sunt omnia *Apost. 2. ad Cor. c. 5. n. 18.* quid in ea erit, quod ab eo non acceperimus? si autem accepimus quid de nobis gloriamur, quasi non acceperimus? *Apost. p. ad Cor. c. 4. n. 7. Isa. c. 26. n. 12.*

Hebrei propterea, qui illam, velut propriam à se ipsis habere putarunt, iustitiæ Dei non remanserunt subiecti *Apost. ad Rom. c. 10. n. 3.* quia sic putantes illius negabant esse donum, primique auctores pellagiani extiterunt erroris, qui omnia proprio tribuentes arbitrio Dei gratiam, & dona excludebant. Nam, & in

nobis habitualis dari potest, & datur continentia, illius tamen habitum sine sanctissimo hoc habere non possumus principio *Sap. c. 8. n. 21.* quoniam illius est gratuitum donum *Apost. ad Gal. c. 5. n. 22.* illam autem si a nobismet ipsis habere valeremus, illius quomodo gratuitum esset donum? Si autem a nobismet ipsis illam habere non possemus, illius obseruantiam quomodo adimplere valeremus in eius diuini satisfactionem præcepti? dicamus ergo oportet, quod ipse quidem Deus est, qui non solum sua nobis tribuit dona, sed & nobis tamquam imbecillibus, ac vacuis viribus dat virtutem, & robur, ut ea operari valeamus, & his, qui non sunt, fortitudinem, & vires multiplicat, quia reuera nos tamquam ex nobis ipsis etsi ætate florentes, & naturalibus validi viribus, si in proprijs nostris confisi fuerimus virtutibus, sub humana hac nostra cademus infirmitate, quia à nobismet ipsis re ad hoc sufficientes non sumus *Apost. 2. ad Cor. d. c. 3. n. 5. cum alijs superius citatis.* Si verò totam nostram in Domino ponemus spem, ipsa tunc spes in Domino posita euadet fortitudo nostra *Isa. c. 30. n. 15. Prou. c. 14. n. 26.* & naturales has nostras in supernaturales comutabimus vires, & pennas assumemus tamquam aquilæ, super quas tamquam basim incumbentes cælestem eorum virtute formabimus habitum *Apost. 2. ad Cor. d. c. 3. n. 18. propterea in via Dei curremus, & non laborabimus; ambulabimus, & non deficiemus; fiducialiter gradiemur, & non impingemus Isa. c. 40. n. 29. 30. & 31. Prou. c. 3. n. 23. hoc tamen fiet non in nostra, sed in Domini Dei nostri virtute Prou. d. c. 3. n. 26. c. 4. n. 27. in fin. nostram idcirco nobis volens indicare nihilitatem, ne de proprijs nostris præsumere viribus Isa. c. 41. n. 14. ait: Noli timere vermis Iacob, & qui mortui es sis ex Israel, quia ego tecum sum, & auxiliatus sum tibi: ut in auxilio eius spem nostram ponentes, omnemque foras emittentes timorem perfectæ eius firmati charitate sciremus, quod tunc in ipso sumus, & ipse in nobis Io. c. 15. n. 7. & 5. & sua p. c. 2. n. 5. c. 3. n. 24. c. 4. n. 12. et 13. 16. et 18. si sic ergo Deus nobiscum est, quis contra nos? si nobis sufficientes suppeditat vires, eas quis infirmabit? *Apost. ad Rom. c. 8. n. 31. & seq. vsq; ad fin. cap.* hi autem si ausi fuerint dicere, quod suppeditatæ vires non sufficiant, qui inspector est cordis, intelligit, animæ enim suæ seruatorem fallere nihil potest *Prou. c. 24. n. 12. Ier. c. 17. n. 10. Sap. c. p. n. 6.* nam qui in pondere, numero, & mensura fecit, & facit omnia, sciet etiam si sup-*

suppeditatæ vires sufficientes fuerint necne. Huiusmodi ergo habitus non in puris nostris viribus, sed ex gratia, & in Dei nostri virtute acquiri dicimus, ac dicendum esse arbitramur, quia nostra omnis à Deo sufficientia est *Apost. 2. ad Cor. d. c. 3. n. 5.*

Ad ipsa igitur tradenda, percipienda, atq; instituenda præcepta charitatis prouerbij huius non tutam putamus esse legem, nam etsi eam vim, & firmitatem, quam illius verba sonant, quandoq; præferre videatur, id non tamen à propria ipsius veracitate, sed aliunde in se prouenit, ut in exemplo superius proposito: De cibo ad sustentationem vitæ vnus tantummodo personæ sufficiente, & necessario, ad quem sumendum etsi illum possidens se ipsum proximo suo præferre potest, & debet, id tamen, ut superius demonstratum fuit, non ab huius prouenit veracitate prouerbij, sed quia si is cibo illo, sic ut supra, sibi à Deo præparato, & ad suæ duntaxat sustentationem vitæ sufficiente & necessario illum alteri dando voluntariè se priuaret, sua etiam se voluntariè priuaret vita, cuius non ipse, sed Deus est dominus *Eccl. c. 23. nu. p. Deut. c. 32. nu. 39. Iob c. 12. nu. 10.* nemini ergo mirum videri debet, si in tali casu proximo suo quisque præferendus sit, prout etiam præferendus esset quotiescumque res, cuius primæ esset indagandus charitatis actus à nobis non æquè ac nobismet ipsis proximo nostro communicari posset, quando videlicet ageretur de re à propria cuiusque dependente voluntate veluti de amando Deo, de fidei, & spei erga Deum integritate seruanda, de castitate, de obedientia Maiestati suæ præstanda, & de similibus, in quibus adimplendis proximo nostro nosmet præferamus oportet, non virtute quidem legis adagij huius, sed quia similia in proximum nostrum conferre non à libera, & absoluta nostra pendet voluntate: Non enim stat in voluntate, & potestate Petri, ut Paulus amet Deum, sed Pauli in Deum amor non ab alterius, sed à propria sua duntaxat procedit, & pender voluntate, quia agendi principium in Paulo sui ipsius propria est, non Petri, voluntas, quia si facto dari posset, quod à propria, & libera Petri penderet voluntate facere, quod Paulus amaret Deum, sicut ipse à se ipso potest, utiq; teneretur facere, quod Paulus amaret Deum, æquè ac à se ipso amari debet, quia Deo quæ debita sunt, nobisq; salutiq; nostræ proficua, atque necessaria, æquè ac nobismet ipsis, nostro ex præcepto dilectionis velle debemus proximo, verum quia

quia in puris viribus nostris ei talia faceret præstemus impossibile est, cum illorum adeptio re non ab alterius, sed à cuiusque propria liberè pendeat voluntate, quoniam suum, quisque ab alijs omnino distinctum, & leparatum possidet agendi principium, quod liberum est cuiusque arbitrium *Eccl. c. 15. n. 14. 15. 16. et 17.* hinc est quod in similibus opere complendis prima à nobis ipsis dicatur incipere, & verè incipiat charitas, & in talibus huius lex adagij optimè currit, verax est, & germanum suum retinet intellectum, quia si illa reuera non, nisi exemplo, & doctrina proximo communicari queunt *Pron. c. 24. n. 32. Mat. c. 5. n. 19.* illa etiam vt quis facto ei communicare valeat, & cōmunicet, ea ipse prior perficiat, vt prius exemplo, deinde doctrina errantes, & insipientes corrigere, & instituere valeat, quia huiusmodi est probata illa virtus, quæ & facti proprii contestatione, & doctrina in audientis introducit, & imprimatur animum, propterea, qui prius opere deinde doctrina alios docet magnus vocatur in regno cælorum *Sap. c. p. n. 3. Iac. c. 2. n. 13. c. 5. n. 10. Mat. d. c. 5. n. 19. Io. c. 5. n. 36. c. 10. n. 38.* in reliquis autem vbi non est par, vel æquiualens ratio prima non à nobis incipiat charitas, dicendum videtur, nam si quantò quis se maioribus subiicit necessitatibus, vt aliorum subueniat egentijs, tanto maiorem dicitur habere charitatem, & perfectiorem exercere charitatis actum *Mat. c. 19. n. 21. Mar. c. 10. n. 21. c. 12. n. 43. et 44. Luc. c. 8. n. 22. c. 21. n. 3. et 4.*

E' contra verò, si facultatem qui habet, quanto magis ab alienis se retrahit subueniendo necessitatibus, sua vt augeat commoda, à diuina tantò longius dicitur recedere charitate *Io. p. c. 3. n. 17. Iac. c. 2. n. 15. Malach. c. 3. n. 9. et 10.* hinc consequenter patet quod hoc eodem, quo in his abutimur, in diuinis obseruandis præceptis rectè vtamur prouerbio, ad quæ obseruanda, si fieri potest, alijs sollicitiores nosmet exhibeamus, oportet, vt & infideles nequidquam, quod de nobis detrahant, inueniant, fideles autem ad Dei gloriam exempla sumant charitatis, si autem ita: datori gratiarum æterno æternæ reddantur gratiæ, cui laus, & gloria in æternum, & in sæcula sæculorum Amen.

FINIS.

Primæ Quæstionis.

Errata.

Pag. 7. lin. 22. æternaque
Pag. 15. lin. 25. Eo sibi
Pag. 19. lin. 27. cum vt Dominum
Pag. 25. lin. 19. absq; co
Pag. 29. lin. 29. vt imitationem

Correcta.

æterna quæ
Eos ibi
cum vt Dominum
absq; co
vt ad imitationem

Secundæ Quæstionis.

Errata.

Pag. 7. lin. 16. quia si is Deum
Pag. 10. lin. 33.
in principio. abnegantes
Pag. 12. lin. 28. cum
Pag. 15. lin. 10. diuinorum
Pag. 19. lin. 4. constituti

Correcta.

quia is Deum
abnegamus
cum
ad diuinorum
constituta

*Vidit D. Carolus Goranus Penitentiarius, pro Eminentissimo,
ac Reuerendissimo D. D. Hieronymo Boncompagno Archie-
piscopo Bonon. & Princ.*

Imprimatur.

*Fr. Paulus Hieronymus de Garexio Sacra Theologia Magist.
& Vicar. Gener. S. Offic. Bonon.*

Num aliquod detur
IVRIS NATVRALIS
MATRIMONIVM.

Et quod, & quale: & an inter Christi fideles
vllum aliud, quam Sacramentale
detur, dariuè possit

Quæstio tertia:
PER DOMINICVM TVSCVM
REGIENSEM CIVEM

In hunc, qui sequitur, disposita modum, censuræq; Sacrosanctæ
Matris Ecclesiæ humillimè subiecta, eius vt illustrata
lumine sanctissimæ consecratur veritati ad
Dei Trini vnus gloriam Amen.



Bononiæ, Typis Iacobi Montij. 1664. Superior. permissu.

.036219

Biblioteca dell'Archiginnasio